



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quomodò totum Eu[n]gelium nos ad tria admonet, scilicet, ad fidem Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

scit homō
in mundo
de fide co.
s pignus et
i potestigi.
gratia Dei,
nundi fide.
non efficit
icem impo.
eruat autem
quam exp.
Non ergo de
ra hanc h.
tram dignit.
ut inuulsa.
dependet a
ic præcepit.
inus & non
i filium su.
poterit esse
aliquid ac
go peccator
assecuturum

nos ad tri
sti.
imi.
attenteru.
ti & veri.
Scriptur

SCRIPTURA SIC NOS AD FIDEM IN CHRISTUM VOCAT, quia omnes concludit sub peccato, & quatenus omnes sumus natura Filii iræ, Eph. 2. In peccatis enim conceperit & nati sumus, Psal. 50. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, i. Ioan. primo. Omnes ideo sumus peccatores, & nemo hominum seipsum iustificare potest à peccato, & ne quidem Angelus, cō quod peccatum est commissum vel offensio contra Deum infinitum bonum, contra eius præceptum & voluntatem per primos nostros parentes, Genes. 3. Hoc primum proponit scriptura peccatori: Deinde eidem ostendit, quis sibi poterit opem præstare aut iustificare, & peccata nostra tollere, nimirūm Christus filius Dei, qui est agnus Dei innocens, occisus pro peccatis totius mundi, unicum precium, & sacrificium pro peccatis omnium hominū in se credētum, cuius mors ita efficax est, si cui distribuitur, ut protinus & quidem gratis tollat peccata mundi, Ioan. 1. modo quis in eum credat, & ipsum pro saluatore suo agnoscat, recipiat ac veneretur: ipse enim mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram, Romanor. 4. Igitur quicunque vult iustificari purificari & à peccatis saluari, is oportet ut veniat fide ad Christum, & corde atque ore confiteatur, Romanor. 10. & iustificabitur gratis sine proprio merito ab omnibus peccatis. Nemo iustificabit se suis meritis, sed ex mera gratia DEI propter Christum, sicuti patet in baptismo, ubi iustificamur & certificamur de accepta gratia: & quod omnes remissionem peccatorum accipiunt propter nomen eius: nisi enim Christus filius Dei venisset, & precium pro peccatis nostris se obtulisset, nemo unquam saluaretur. Ideo omnes sancti, martyres, confessores, non propter sua martyria vel tormenta vel

iustitiam propriam saluati sunt, sed propter nomen Iesu Christi per sanguinem eius: ille solus & unicus mortuus est pro peccatis totius mundi, & est propitiatio, 1. Ioan. 2. Igitur ad hanc fidem Christi vocat nos scriptura Ioan. 3. Act. 10. &c.

Secundò, Euangelium admonet nos post accep-
tam gratuitam iustificationem de lege charitatis, &
illam quam maxime obseruemus: non ut inde ius-
tificationem mereamur, quam iam gratis in ba-
ptismo per fidem accepimus, sed potius ut illam re-
tineamus & augmentemus, quatenus promissio sa-
lutis quam nodum in re habemus, sed spe, efficacia
nobis sit: alioqui si hanc charitatis legem non habe-
ro, quia Diligo Deum super omnia, qui tanta mihi
gratuitò cum filio dedit: deinde proximum propter
Christum, & illi prestitero propter Christum, scilicet
Christus propter me fecit: si vero peccauero, & se-
cundum carnem vixerim incessanter, non erit effica-
promissio salutis in me, nec Deus mihi distribuet sa-
lutis beneficia, licet hæc dilectio causa non sit, sed
sanguis Christi propter quem salus distribuitur cit-
eribus. Ideò scriptura post fidem maxime inculcat
dilectionem: hæc autem dilectio quando non adebet,
restatur nec fidem adesse aut iustificationem, quia Apo-
stolus dicit 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem,
omnem prophetiam, ita ut montes transferam de le-
go &c. charitatem autem non habeam, nihil sum.
1. Ioan. 4. Si quis dicit, diligo Deum &c. Quare dilec-
tio maxime & quidem necessaria exigitur post fidem,
quia est impletio legis, Rom. 12. & omniū bonorum
operū. Sed inquis, Quid est charitas. quod adebet ne-
cessariò exigitur post fidem? Responso Charitas virtus
est, quam donat Spiritus sanctus homini propter fa-
dem in Christum, qua diligitur Deus super omnia,
& proximus propter Deum: ideo Apostolus ad Gal.
5. vocat charitatem fructum Spiritus sancti, & 1. Cor.
13. dicit,